

Georg Radow Johann Voß

Disputatio Iuridica De Furtis

Rostochii: Kilius, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741530155>

Druck Freier  Zugang



Diebstahl


RU jur. 1675

Georg Radovius, Pr.

1/6

Andreas Wolff, Resp

Johann Volz



DISPUTATIO JURIDICA

DE

FURTIS,

Quam

DIVINI NUMINIS ANNUENTE GRATIA

in illustri Varniaca

DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFICI

ICTORUM ORDINIS,

PRÆSIDE

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMO
ET CONSULTISSIMO

DN. GEORGIO RADOVIO,

J.U. Doctore & Professore Publ. Nobilissimorum

Statuum Ducatus Mecklenburgici

Syndico meritissimo, & Facultatis juridicæ

DECANO spectabili,

DN. Promotore & Præceptore plurimum

colendo

Placidæ ac eruditæ ventilationi commissurus est

JOHANNES Voss, Rostochiensis

AUTOR.

in Auditorio Majori

ad diem 10. Aprilis

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1675.

INCLYTÆ REIPUBLICÆ ROSTOCHIANÆ
CONSULIBUS, SYNDICO, & SENATORIBUS,

VIROS MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMIS, SPECTATISSIMIS.

DN. MATTHÆO Liebher / Jcto.

DN. DANIELI Fischer / J. U. D.

DN. JOHANNI Willbrand /

DN. DAVIDI Brandes /

DN. STEPHANO Schulz /

DN. HENRICO Rideman /

DN. ANDREÆ Wolff /

DN. ULRICO Elvers /

DN. CHRISTIANO Kneesebeck /

DN. JOACHIMO Jarmer /

DN. JOHANNI Danckwerts /

DN. JACOBO Schlorff /

DN. VALENTINO Beselin /

DN. PETRO Eggerdes /

DN. DIETERICO Wolffraht /

DN. JOHANNI Nettelblatt /

DN. ERNESTO Sultman /

DN. DETHLEVO Marckman / J. U. D.

DN. MATTHIÆ Priestaff /

DN. EVERTO von Bergen /

Dominis Patronis atque Promotoribus suis, debita animi submissione honorandis, Disputationem hanc cum voto omnigenæ salutis & incolumitatis

Humiliter

Dat, Dicit, Consecrat.

AUTOR.



Q. D. B. V

Penitius aliquantò celebre illud Scaligeri ef-
fatum, uti ex collisione lapidum ignis, ita ex senten-
tiarum collatione veritas eruitur, inspiciens, fatius
arbitratus sum, si in arenam proiliens, in iis, quæ in
ipsis rerum obtinent argumentis, admonente Paulo
in *l. 25. ff. de liber. leg. me studiosè exercerem,*
quam ut in antiquis fabulis oleum & operam perderem. Hinc, præ-
cipuè, cum universa benè & competenter gerantur, si rei principium
fiat decens & amabile DEO. *Nov. 6. princ. & ubi Christus non est
fundamentum, nullum boni operis sit superadificium. c. cum Pau-
lus 1. q. 1. In nomine Domini nostri Jesu Christi, in quo omnes actus
omniaque consilia incipere debemus c. non observetis 26. q. 7. l. 2. C.
de off. prof. pret. Afr. Nov. 80. princ. Nov. 85. & Nov. 109. Furti ma-
teriam, uti non scitu modò necessariam, ventilationeque dignam, sed
frequentissimam etiam, arripere operæ duxi precium. Ea enim ho-
diè plerisque aliena auferendi inest libido, ut ei coercendæ nec tor-
menta nec cruces sufficiant. Wesenb. in par. ff. ad tit. de furt. n. 1.
Harpr. ad §. 1. Inst. d. oblig. quæ ex del. nasc. n. 1. Ne autem Andabata-
rum more pugnare videar, cum de quavis re suscepti negotii justus
oporteat esse ordo, ne confusio, errorum genitrix, inde oriatur, di-
scursum hunc præsentem certis includam capitibus, in quorum I.
agam de Furti Definitione tam Nominali quàm Reali, ejusdemque
Divisione. In II. de Causa Efficiente. In III. de Materia objectiva.
In IV. de Forma. In V. de Fine. In VI. & ultimo de Effectu.*

CAP. I.

DE DEFINITIONE NOMINALI, REALI, & DIVISIONE.

§. I. Licet rerum Tractatio potior sit *l. 17. ff. de LL. nominis*
A 2 tamen

tamen prior habenda ratio *l. 1. pr. ff. de iust. & iur. l. 7. in fin. ff. de suppell. leg.* cognitoque vocis usu in ipsius sapè rei cognitionem deducimur, quin sine nominis indagazione rem ipsam penetrare velle, est tempus perdere, docente Magnifico Dn. Tabore *Jurispr. Method. p. 3. sect. 4. thes. 2.* hinc haud incongruè me facturum existimò, si prius vocis. quam rem aggrediar, præmiserim Etymologiam. Deducunt autem furti verbum vel à furvo, id est, nigro s. atro. *§. 2. Inst. d. obl. quæ ex delict. nasc. l. 1. ff. de furt.* cum obscure clam & plerumque nocte atra fiat; vel à fraude *d. l. 1.* ob id fortè quia furtum, fit per fraudem, vel à ferendo i. e. auferendo, uti & Græci *ῥῆσι φῶρεως* i. e. fures dixerunt, *§. 2. Inst. alleg. Tit. d. l. 1. pr. ff. eod.* Poteris quam velis amplecti derivationem, cum omnes à Jctis sint approbatæ, licet rei videatur congruentius, ut à ferendo furtum appellatum dicamus utpote cum hæc derivatio desumpta sit à forma essentiali, quæ consistit in contrectatione.

§. 2. A Definitione nominali progredior ad realem. Definitur ergo furtum, quod sit contrectatio rei fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisvè, quod lege naturali prohibitum est admittere. *§. 1. Inst. d. l. 1. t. §. fin. ibid.* De cujus explicatione consule *Molin. tr. d. J. & J. Disp. 681. num. 15.*

§. 3. Definitione tam nominis quàm rei traditâ, confero me ad divisionem uti tertium capitis hujusce membrum; qua furtum est vel (1.) Manifestum offenslicher / vel nec manifestum heimlicher Diebstahl *l. 2. ff. d. furt. l. 6. pr. ff. de his qui not. infam.* ubi in antecessum notari meretur; Nec manifestum dici pro non manifesto, formulâ loquendi XII. Tabb. usitatâ, quâ Nec pro Non capitur, uti ex Festo docet *Vultej. in §. 1. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. n. 8* Est autem furtum manifestum, quando fur in ipso furto, vel antequam ad locum destinatum (quod scilicet eâ die cum furto permanere destinavit) cum re furtiva pervenit, ab ipso Domino vel alio deprehenditur. *§. 3. Inst. d. obl. quæ ex del. nasc. l. 3. pr. §. 1. & 2. ff. d. furt. l. 5. §. eod.* So der Dieb mit dem Diebstahl / che Er an sein Gewahrsam kömpt / betreten wird. C. C. C. art. 157. Sola tamen visio non facit furem manifestum, nisi simul acclametur vel accurratur, daß er beschryen oder ihm nachgeeilet werde / licet cum furto suffugerit C. C. C. d. l. 1. 7. §. 1. *§. 2. ff. h. Eckolt. compend. Pand. Tract. ad Tit. d. furt. §. 2. Du. Brock.*

Brockdorff *in Nucl. jur. just. Ex. 7. tit. 2. §. 3, Hahn ad Wesenbec. b. tit. §. 8. frustra dissentiente Harpr. ad alleg. §. 3. Inst. de oblig. qua ex del. nasc. num. 4. & seqq.* Furtum nec manifestum dicitur quando fur non ita deprehenditur, *d. §. 3. in fin. & d. l. 8. ff. d. l. sed rem furtivam ad destinatum locum pertulit.* Cujus divisionis nullam amplius haberi rationem propugnat *Carpz. Pr. Crim., p. 2. q. 78. n. 7. & 8. & post eum Eckolt. d. l. sed hoc nullibi invenio expressum, quodque hodie extra ordinem ad poenam capitalem agatur, id plane non impedit, quò minus quis, modò malit, in duplum vel quadruplum agere queat, præprimis cum judicia ordinaria cessent potius quàm extincta sint. l. ult. ff. d. l. Ludw. d. l. lit. I. vid. Tabor. ræemat. Crim. 2. th. 10. seq. Brunnemann in l. 2. ff. b. tit.*

§. 4. Est (2.) & alia Divisio in Legibus Civilibus prodita, quâ furtum aliud diurnum aliud nocturnum *l. 54. §. 2. ff. d. fure. l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil. C. C. C. art. 159. Eckolt. d. l. quorum illud interdium, hoc noctu committitur, atrociusque putatur, adeò ut fur nocturnus adhibitò clamore, modò ipsi sine vitæ periculo parci nequeat, impunè occidi possit, cum noctu auxilium advocari, scirique nequeat, utrum fur nocturnus ad furandum, an verò ad occidendum venerit *c. 3. X. d. homie.* Diurnum verò nullò jure occides, nisi simili clamore præmissò, & is se telo i. e. ferro vel fuste vel lapide vel alio quodam instrumento, quod nocendi causa habetur, *d. l. 54. §. 2. & d. l. 4. se defendat, confer Brunnemann ad l. 4. C. ad L. Cornel. de Sicar.**

§. 5. (3) Dividitur in Extraneum & Domesticum: illud est quod committitur ab iis qui non sunt in familia, sed extra domum: Hoc est quod patratùr à domesticis, servis, liberis, uxore &c. *l. 17. ff. d. fure. l. 4. C. d. PP. l. 1. & 28. ff. d. act. rer. am. C. C. C. art. 165. contra quos tamen actio furti non datur, quia pater & dominus possunt in tales statuere jure potestatis, quia etiam non habent bona, ut ita cum iis agi nequeat, nisi filius habeat castrense peculium, tunc enim contra hunc datur actio Furti utilis *l. 52. §. 5. ff. b. aut si furta sint graviora. Wes. b. t. n. 8. ibique Hahn.* sic etiam inter conjuges constante matrimonio nulla datur actio *l. 52. l. fin. §. 4. C. b. Solutò autem eò datur actio rerum amotarum *l. 1. ff. & C. d. act. rer. am. C. C. C. 165, ob matrimonii favorem. Hahn, d. l.***

§. 6. Aliud est Simplex, aliud Compositum s. Qualificatum, illud absque effractione, hoc cum eâ, adhibitâ violentia perpetratur. C.C.C. art. 159. *ubi bricht/ steigt/ mit Waffen/ & quasi duplex est furtum, cum furtum & vis concurrant, german. Ein gefährlich Diebstahl.*

§. 7. Denique aliud est publicum, aliud privatum: de illo sub titulo ff. ad L. Jul. pecul. & in §. item L. Julia peculatus 9. Inst. de pub. jud. tractatur, de hoc verò in præsentî dissertatione. Aliud est parvum, aliud verò magnum, quorum hoc s. solidos s. aureos Ungaricos aut Ducatos C.C.C. art. 160. excedere debet. Aliud primum, aliud iteratum, & hoc iterum in primum, secundum, tertium, juxta C.C.C. art. 158. 159. 160. junct. art. 161. 162, quæ non solum re, sed & tempore debent esse distincta. Matth. Stephan. ad d. art. 162. quem sequitur Hahn. ad Wesenbec. d. n. 8. verb. Item quoddam simplex. Olim etiam distinguebatur in conceptum, oblatum, prohibitum, & non exhibitum, sed hæc potius species actionum furto coherentium, quam ipsius furti erant. §. 3. & 4. Inst. de t. & hodie in desuetudinem abierunt, cum inquisitio die Hausſuchung non amplius fiat secundum veterum observantiam cum lance & licio Gell. lib. 11. noct. Att. cap. 18. sed auctoritate magistratus, si urgentia adsint indicia, instituitur. Ludw. d. l. Et. I. quia inquisitio eò præcipuè sine conceditur, ut delinquentes coercerentur & cæteri ab hisce delictis absterreantur l. 51. §. 2 ff. ad L. Aquil. l. 70. §. ult. ff. de fidej. l. 3. C. de Ep. aud. Schneid. in d. §. 3. Si autem res furtiva ibi inveniatur & auctorem ædium dominus demonstrare nequeat, præsumptio est contra eum & tormentis subjici potest. C.C.C. art. 43. requiritur autem, ut non sit persona integræ famæ, (2) res non solum in ipsius ædibus, sed & ejus custodia inveniatur, potuisset enim alius quispiam illa eò abjicere, (3) requiritur, ut non emerit in foro, si enim hocce docere queat, purgatur suspicio, Carpov. prax. Crimin. p. 3. q. 122. n. 39. seqq.

CAP. II.

DE CAUSA EFFICIENTE.

§. 1. Transitum facio ad causam Efficientem. Est igitur causa furti Efficiens fraudulosa contrectandi hominis voluntas. Wesenb. in parat.

parat. ff. h. t. n. 9. Voluntas enim & propositum delinquentis distinguit maleficia l. 5. pr. ff. Gl. 39. ff. b. nec furtum committitur, nisi animus furandi adfuerit, & invitum dominum re sua defraudandi per §. 7. *Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. l. pen. in fin. ff. d. cond. caus. dat. c. non ser. l. 46. §. 4. ff. b.* unde omnino collige, cujus non est velle, ejus nec furari, quò retulerim infantes & infantia proximos, uti doli incapaces & impuberes C. C. C. art. 164. nisi sint pubertati proximi §. 18. *Inst. h.* qui doli sunt capaces l. 23. pr. ff. b. l. m. ff. d. R. F. proximus autem pubertati est, qui nec est pubes, nec longè abest à pubertate, quæ in mare 14. in femina 12. annus completus est. pr. *Inst. quib. mod. rut fin. pari jure fruuntur furiosi, quia mente carent, §. 1. Inst. quib. non est perm. fac. Test.*

§. 2. Quod autem nullum omninò furtum sine contrectatione patrari queat, satis dilucide perhibetur in l. 52. §. 19. ff. b. l. 6. l. 9. l. 60. §. 8. pr. ff. Gl. 20. c. d. l. Contrectare verò nihil est aliud, quàm secum trahere & ita loco movere l. 3. ff. d. act. rer. amot. l. fin. ff. d. cond. furt. l. 15. ff. ad Exhib. Eckolt. d. l. §. 4. unde fures à tangendo Veteribus Tagaces dicti sunt. *Cujac. lib. 6. obs. 2. vel manuarii Harpr. ad §. 1. Inst. d. obl. quæ ex del. nasc. num. 2. manuarique pro furari dixerunt. Vult. ad Inst. §. 2. b. t. n. 30.* nec enim solo animo furtum committitur. l. 1. §. 1. ff. d. furt. l. 52. §. 19. ff. eod. l. 3. §. 18. in fin. d. A. vel A. P. nec cogitationis panam de jure civili aliquis patitur, l. 18. ff. de pan. qui ergò domum alienam furandi animo ingreditur, nec tamen quicquam contrectat, furtum non committit. l. 21. §. 7. ff. d. r. sed extra ordinem punitur l. 7. ff. de extraord. crim. Ludvv. *Disput. Inst. 15. rh. 2. lit. b. Eckolt. d. l.* quod tamen in foro fori s. seculi concesserim, non vero poli, quia in hoc sola etiam animi intentio ad tribunal vocat, *Exod. 20. v. 17. Deut. c. 5. n. 21.* quò maxime inclinatur *can. si propterea 29. §. 30. d. penit. dist. 1. Sibi Gloss. Harpr. d. l. n. 5.*

§. 3. Est autem contrectatio illa vel vera vel ficta: Illa est, cum res vel aufertur, vel ad alium usum transfertur, §. 7. *inst. d. oblig. quæ ex delict. nasc.* quæ creditoribus, commodariis, depositariis re apud se existente ab utentibus, adscribitur, d. §. 7. l. 40. l. 54. princ. l. 82. princ. ff. h. §. 6. *Instit. d. l.* quo facit C. C. C. art. 70. *Sibi Stephan. & Specht. cò verba Sabinii apud Gellium l. 11. Noct. Att. c. 18.* qui alienam, in-
quientis, rem attrectavit, cum id se invito domino facere judicare deberet, furti tenetur, *Harpr. d. l. Eckolt. d. l.*

§. 4.

§. 4. Quæ ipsa ficta contractatio variis illustratur exemplis, ut
 fit (1) rem furtivam s. fures scienter receperis *l. 14. C. b. l. 12. C. ad
 L. Fab. d. plag. l. 9. C. ad L. Jul. d. Vi. publ. §. 4. in fin. Inst. b. de
 quo infra: vel (2) Si tuo consilio & ope furtum factum sit, de quo pa-
 riter infra. aut (3) si Tabularius s. nuncius pecuniam aliò transferen-
 dam s. in sacculo conclusam s. annumeratam in suos usus convertat.
*l. 7. Cod. de furt. l. 52. §. 16. ff. eod. l. 22. §. 7. ff. mand. C. C. C. all. loc.
 Eckolt. l. c. Ludov. l. c. Harpr. ad §. 12. Inst. d. l. n. u. par (4) ratio est
 aurigarum vel nautarum, qui res sibi commissas surripiunt, vinumve
 in aquam convertunt, de quibus *Rec. Imper. de anno 1497. in Frey-
 burg rubr. von den Fuhreuten der Wein/ & in reformatione guter Po-
 lizey Caroli V. d. anno 1548. in Augspurg rubr. von den Schiff- und
 Fuhreuten. Eck. l. c.* Est enim ficta illa quoad effectus consideratio-
 nem pro vera habenda contractatione. *Wesemb. in parat. ff. b. t. n. u.***

CAP. III.

DE OBJECTO.

§. 1. Objectum furti nobis constituunt res; Intelligimus a.
 (1) res corporeas *arg. l. 43. §. 1. ff. d. A. R. D. & mobiles l. 22. §. fin.
 l. 27. l. 52. §. 12. 20. 23. ff. b. t. immobilium enim furtum non committitur
 l. 35. ff. b. §. 2. inst. l. 38. ff. de usucap. Schnob. Disput. ff. 24. th. 2 Tabor.
 Rac. crim. 2. th. 32. uti nec incorporalium, utpote quæ contractari ne-
 queunt *pr. Inst. de reb. corp. & incorp. Eck. l. c. §. 6. quia nullum cor-
 pus intervenit, l. 75. ff. d. l. licet generaliter omnis usurpatio rei alie-
 næ illicita furtum solet vocari, can. 13. c. 14 q. 5. Dn. Brockdorff. all.
 l. §. 34. & inter veteres, Gellio teste u. Att. Noct. c. ult. hæc quæstio
 controversiam passa fuerit; graviter etiam videantur obstare verba
 Definitionis furti ultima; Resp. enim est, dici ita, non ratione objecti,
 quæ ipsius usus furtu fieret, sed causæ finalis i. e. res auferitur propter
 usum aut possessionem. *Eckold. d. l. §. 7. (2) alienas §. 6. inst. de obl. quæ
 ex del. nasc. rei enim propriæ furtum propriè non fit l. 53. §. fin. ff. b. t. &
 l. 59. ff. eod. Illa enim pro lubitu quis potest uti §. fin. Inst. d. bis qui
 sunt sui vel alien. jur. nisi ratione possessionis aut juris, quod alteri in
 re nostra competit §. 10. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. l. 16. ff. d.
 Usucap. l. 19 §. pen. & ult. ff. b. t. l. 22. pr. & l. 35. §. 1. ff. de pign. act.
 Schnob. l. c. aut nisi cum alio sit communis, l. 45. ff. b. l. 45. l. 51.
 ff. pro soc. §. 3. Etiam***

§. 3. (3) Etiam minimas §. 16. §. 35. *Inst. de R. D. c. fin. 14. q. ult. Schnob. d. l. l. 21. ff. d. r. l. 22. §. fin. ff. d. damn. inf.* Cum furtum non ex rei quantitate sed surripiendi animo æstimetur factique atrocitate, iustitiaque ex suis regulis. *Ludvv. l. c. lit. E. Vinn in not. ad Inst. ad d. §. 16. d. R. Divis. Non obft. l. 9. §. 10. ff. d. dol. mal.* licet enim actio de dolo æque sit famosa uti furti, consequentia tamen ab illa ad hanc non procedit, hæc enim est remedium ordinarium, illa extraordinarium & subsidiarium, & comparatum ad rescindendum contractum iure Civili validum, ad quam rescissionem Prætor rem minimam haud sufficere putavit, *Vinn. l. c. aliter Ludvv. all. loc. §. Eck. l. c.* Nec quicquam ad rem facit *l. 4. ff. d. in int. Restit.* Resp. in ipsa lege, si rei majori inde præjudicetur; jam verò, cum ad summam modicam agitur de dolo, præjudicatur rei majori, quia condemnatio doli attrahit secum infamiam, *l. 1. ff. d. his qui not. inf.* famæ autem hominis parcendum est, nisi magna urgeat causa, cum nihil omnino homini antiq. uius esse debeat honesta famâ. *l. 8. ff. quod met. caus.* Criminalis tamen F. actio ob rem minimam non datur *l. ult. ff. h. t.*

§. 4. Non verò fit furtum (1) Liberi hominis, quia corpus liberum neq; in dominio neq; in possessione nostra est *l. 23. §. fin. ff. d. Acquir. vel Am. poss.* liberis tamen, in potestate positus, exceptis §. 9. *Inst. de obl. que ex del. nasc.* qui ex iure Quiritum vindicari possunt, *l. 1. §. 2. ff. d. R. V.* Vel si eorum nomine agatur furti, quadruplum præstandum est ejus, quod interest liberos non esse surreptos. *arg. l. 14 §. 13. l. 38. pr. ff. d. furt. Ludvv. all. loc. ad lit. E.*

§. 5. Nec (2) fit furtum rerum quæ non possidentur, v. g. rerum hereditiarum, quia sunt nullius *l. 68. ff. h. t. Eck. d. l. §. 7.* nisi sit res in qua usufructus est alienus, unde & heredi datur actio Furti, vel nisi sit res quam defunctus pignorarit aut commodarit, *d. l. 68. Hahn. ad Wesenb. b. t. n. 10. verb. Unde rerum hereditar.* aut si quis res in mari repertas fluctibusvè expulsas lucrandi animo abstulerit. *§. fin. Inst. d. R. D.* has enim res non possideri, sine omni controversia est *l. 3. §. 13. ff. d. A. vel A. P.* Nec (3) si rem jacentem quam probabiliter pro derelicto habitam credebas, attrahas *l. 43. §. 6. ff. h. ibique Brunneinan. confer Tabor. Rac. 2. eb. 36. §. in Indic. LL. ad Tit. ff. d. Furt. d. l. 43. p. m. 214.* ut ut melius faciat, si rem inventam Domino reddendam, jubeat proclamari *l. d. 43. §. 8. l. 15. ff. de Praescr. V.* proclamataque Domino rem suam esse dilucidè demonstranti, inventio-

nis premio accepto, reddat, *l. 4. §. 4. ff. de cond. ob turp. caus. l. 43. §. 9. ff. b. t.* Si verò non demonstrarit, inventor pauper eam sibi retineat, si autem dives sit inter pauperes illam distribuat, aut si rem retinere malit, ejus æstimationem. Nec (4) in crimen furti incidit Emptor furti rem sibi venditam ex soluto pretio *l. 14. §. 1. ff. b. secus si pretium non solvit d. l. Ulti nec commodans rem commodatam abstrahens, si commodatarii nihil interfit, l. 15. §. 2. l. 59. ff. b. t.*

§. 6. Sunt qui ad Objectum furti etiam referunt usum rei, ut si quis re, cujus nullum usum habet, vel ultra limitatum usum, abutitur, & priori modo creditorem pignore, & Depositarium re deposita utentes furtiteneri, *l. 75. ff. b. t.* posteriori modò vero commodatarium putant, ut si equum ultra constitutos dies retineat; sed quod sine tonymice tum furtum fieri saltem dicatur, rectè docet Eckoid *b. Tit. §. 7.* Imò ne quidem tali modo furtum dici potest, si fiat sine animo fraudulento, sique credat Dominum facillè permissurum, *l. 46. §. 7. l. 75. ff. b. §. 7. Inst. b. t.* aut si equus conducì soleat, videtur enim tunc reconductus, uti optimè monet Schneidevvin ad *§. Placuit. 7. Inst. d. oblig. qua ex del. nasc.*

§. 7. Idem dicendum de rei possessione, si Colonus suo nomine possidere, vel rem conductam in alium transferre desiderat, & debitore rem oppignoratam creditori auferente *§. 10. Inst. b. §. l. 66. ff. eod. l. 4. §. 21. l. 49. ff. d. usucap.*

CAP. IV.

DE FORMA.

§. 1. Formale hujus delicti consistit in ipsa (1) rei alienæ dolo malo facta contractatione *l. 50. §. 2. ff. b. t. Eck. d. l. §. 5. & 8. [non obstat. l. 6. ff. b. ubi vox sepè E. non semper. Resp. Illa vox refertur non ad verbum fiat, sed contractando, Tabor. d. Rac. 2. th. 43.]* unde etiam in definitione furti supra posita additur fraudulosa, ad eò, ut si quis putarit dominum consentire, furto non sit obnoxius *§. 7. Inst. de obl. qua ex del. nasc.* uti nec credens se invitò Dominò rem contractare, quod tamen volente eò fiat, furtum committit. *l. 8. d. l. l. 48. §. 2. l. 43. §. 5. l. 46. §. 3. ff. b. l. pen. in fin. ff. d. cond. caus. dat. c. non sec.* qui enim consentienti fraus fieret? *l. 11. ff. si quid in fraud. patron. l. 6. §. praerea ff. qui in fraud. credir. l. 145. ff. d. R. F. & qui affectu furandi destitutus crimen illud incurreret? §. 6. Inst. d. l. l. 37. ff. de Usurp.*

U. S. Dn. Brochdorff l. c. §. 34. ut si quis rem alterius, quem mortuum putabat, tanquam heres apprehenderit, qui tamen adhuc in vivis est *l. 83. ff. de furt.* Vel si asinum alienum in equas tuas non animo furandi, sed *th̄s jōv̄s* duntaxat s. generationis, suscipiendique partus gratia admiseris *l. 52. §. 20 ff. d. t. Non obst. l. 46. §. pen. ff. d. furt.* nam ibi Pomponii sententia ab initio refertur, postmodum verò in versiculo *verum tamen*, rejicitur.

§. 2. Addit etiam *Brockd. all. l. nihil interesse sive contra-*ratio illa mediata s. immediata fiat, per *l. 3. §. 19. ff. d. Avel. A. poss. l. 15. §. 2. ff. b.* Immediatè contrahatur res à fure, vel rem ipsam intervertendò, vel usum aut possessionem rei, de quo antea, sibi capiendò, §. 6. *Instit. d. t. l. 3. §. 18. d. A. l. A. P.* Mediata verò (1) si quis subveniat alteri consilio & ope, ut alius rem auferre queat *l. 13. in fin. d. V. S. l. 30. §. 3. l. 52. l. 22. b.* aut si quis (2) mediante servò, vel aliò, furetur, sive initio jusserit, sive postea rem ablatam susceperit, *l. 14. C. h. add. l. 52. §. 3. b. Struv. Synt. Jur. Civ. b. t. num. 3. Et seqq. conf. Tabor. d. Rac. 2. th. 48. seq. Et Rac. 4 per tot.*

§. 3. II. Forma furti consistit in eo quod clam fiat, ad differentiam rapinæ, quæ aperte, per vim & arma perpetratur *tit. Inst. d. vi bon. rapt. Eik. d. l. §. 8.*

CAP. V.

DE FINE.

§. 1. Finis furti est spes lucri, cum sine ejusdem appetitu furtum minime committatur, §. 1. *Inst. de obl. qua ex del. nasc. l. 1. §. 3. ff. b. t.* hincque principalis inter furtum & reliqua delicta demonstratur differentia, causa enim furandi, non factum, inspicitur, *l. 39. ff. b.* propositum enim & voluntas maleficia delinquentis distinguunt, *l. 53. ff. d. furt.* Si quis proinde alio sine aliquid abripit, à furto maximè erit alienus. Sic turripiens ancillam meretricem libidinis causa ut in *l. 39 ff. b. t.* non patrat furtum, uti nec fructus immaturos decerpens, sed tenetur ex *L. Aquil. damni*; nec instrumenta, veritatis occultandæ causa, auferens, sed incidit potius in Crimen falsi *l. 16. in fin. ff. ad L. Corn. d. fals.* Caterum qui eum in finem aliquid alteri surripit, ut alteri donet, vel DEO pauperibusve largiatur

giatur, furti Crimen nihilominus incurrit, *arg. l. si pignore § 4. §. 1. ff. b. t.* quum non liceat cum alterius detrimento alteri subvenire, *c. 8. 14. q. 1.* nec facienda mala ut inde eveniant bona; boni enim suis intentio actionem per se malam non reddit honestam aut laudabilem, furta proinde nec voluntate pauperes sanctos pascendi, perpetranda erunt. *c. 10. c. 32. q. 4. Harpr. d. l. num. 24. 11.*

§. 2. Verba illa, *lucri faciendi gratia*, in definitione posita distinguunt Furtum præcipuè à Plagiò, cum hoc ipsum etiam committatur libidinis gratia, aut jactantiæ, ut si quis alienos libros pro suis venditet, aut aliena scripta sibi assumat, *Speckb. cent. 1. q. 88. Habn. ad Inst. tit. publ. judic. §. 10. num. 3. l. 43. §. 4. l. 65. l. 82. §. 2. ff. b. t. (2.)* Dantur etiam aliæ inter furtum & plagium differentiæ, quas exponere non est nostri instituti. *vid. Vultej. lib. 1. Jurispr. Rom. cap. § 4. n. 75.*

CAP. VI.

DE EFFECTU.

§. 1. Actum hæcenus de causis; cum verò causæ suos producant Effectus, de his in præsentî capite nonnulla subjicienda sunt. Consistunt autem ii partim in actionibus, partim inde resultantibus pænis. *Eckh. l. c. §. 11.* quarum illæ sunt vel Rei persecutoria, quibus rem ablatam recuperamus, vel pænales, quibus pænam persequimur, hæcque vel Civiles vel Criminales. *Tabor. Rat. 2. tb. 54 55.* Actiones rei persecutionem continententes sunt actio ad exhibendum, Rei vindicationis preparatoria, quæ est actio personalis in rem scripta *l. 3. §. 3. ff. ad Exhib. Schnob. Disp. ff. 7. tb. 25* & datur ei cujus interest rem furtivam exhiberi, licet non sit Dominus *d. l. §. 3. 8. 9. 10. l. 13. ff. eod. contra furem l. 3. §. fin. l. 9. princ. ff. eod.* & ejus heredem, ex defuncti dolo, si eò hereditas locupletior facta, *l. 131. l. 150. ff. d. R. J. (2.)* Rei vindicatio, si res extet *§. ult. Inst. d. oblig. qua ex del. nasc.* daturque Domino soli cui res surrepta, ejusque heredi, non aliis quorum interest furtum non esse factum, jure domini, contra quemvis rei furtivæ possessorem, *§. ult. Instit. all. loc.* Si verò res sine dolo, & culpa furis, uti possessoris, ante litem contestatam interiit, perdit illa actio officium suum, *l. 27. §. 2. ff. d. R. V.* Singulare est in hac actio-

actione, quod institui possit apud Judicem Criminalem C.C.C. art. 207. v. So sich aber / modo res furtiva ad Judicem illum, cum alias, domino non comparere penes fiscum maneret, pervenerit. *Eck. all. l. § 13. (3.)* Conditio Furtiva, qua Dominus, hujusve heres, rem furto ablatam, ejusve æstimationem à fure ejusve herede repetit, sive res extet sive sit consumpta: Et habet hæc actio, hoc singulare, quod detur Domino, & contra heredes furis in solidum, licet nihil ad eos pervenerit §. 1. *Inst. d. perp. & temp. Act. l. 2. §. 2 & l. 9. ff. d. cond. furt.* & hoc in odium furum. *Eck. l. c. Frank. ad tit. d. cond. Furt.* idque circa hæc spectandum est tempus, quo res unquam plurimi fuit, fur enim semper in mora l. 8. §. 1. *ff. de cond. furt. l. fin. in fin. ff. eod.* altera autem alterius electione consumitur *Dn. Brockd. d. l. §. 35. Schnob. Disp. ff. 24. tb. §.* quia sunt rei persecutoria l. 35. *ff. d. O. & A.* bona autem fides non patitur, ut idem bis exigatur. l. 57. *ff. d. R. J.* & ibi *Sand.* nulla autem harum consumitur per actionem furti merè panalem l. 48. *pr. l. 54. §. 2. l. 65. ff. b. 2.* Sed fure etiam ad mortem damnatò res surreptæ domino restituendæ sunt, *Ludw. l. c. C. C. C. art. 219.* quò prava illa consuetudo, bona furto subtracta fisco relinquens, abrogatur, pæna enim Criminalis non extinguit actionem rei persecutoriam uti dixi. *Struv. J F p. m. 412.*

§. 2. Actio v. furti panalis Civilis, quæ scilicet agitur ad pænam pecuniariam agenti applicandã *Tabor. Rac. 3. tb. 18.* datur non solum Domino, sed & aliis quorum honesta ex causa interesse possit, rem furto non esse surreptam, eorumque heredibus l. 11. l. 12. *ff. b. l. 80. pr. §. 1. & 2. ff. eod. Tabor. d. l. tb. 61. seqq.* contra furem & eum cujus ope consiliove res intercepta est, §. 11. *Inst. d. obl. quæ ex del. nasc. l. 53. in fin. ff. d. V. S. l. 52. §. neg. ff. b. t. l. 36. ff. eod.* quæ duo non requiruntur conjunctim sed disjunctim *Beier ad Disp. Schnob. ff. 24. tb. 3. Eck. l. c. §. 17. Ungep. Exerc. 13 q. 7.* (licet hæc verba in hypothesis sæpius concurrant, & conjunctim proponantur, ut in l. 36. *in fin. pr. D. l. 80. §. 1. & d. §. 11. in fin. Instit. b.*) modo furtum ad Effectum perductum sit l. 52. *ff. b. t.* si enim contræctio secuta non est, furti non tenetur, d. §. 11. *in fin.* Actione tamen doli conveniri poterit l. 47. *ff. d. R. J. Ludw. l. c. tb. 3. lit. D. Eck. l. c.* in duplum ratione furti nec manifesti, vel quadruplum ratione manifesti, secundum veram sui æstimationem l. 50. l. 80. *h. t. §. 5. Inst. d. l. l. 11. l. 19. C. b.* Graviora enim utique censentur delicta quæ pa-

lām, quā qvæ secretò patrāntur, *pr. Inst. de vi bon. rapt. l. 2. §. 24. ff. eod.* quæ ipsa dupli vel quadrupli pæna etiam hodiè suum obtinet vigorem, si furripieus fuerit honestioris conditionis. *Hahn. ad Wesenbec. b. t. n. 15. verb. Non etiam in furtis pluribus modicis vid. Dn. Brockd. loc. cit.*

§. 3. Actio furti Criminalis, publicam respiciens vindictam, tendebat de Jure Civili ad pænam arbitrariam vel pecuniariam fisco applicand. vel corporalem aliquam, puta, fustigat, autem damnat, in opus pub. vel metall. *l. fin. ff. b. t. Tabor d. Rac. ad l. all. ult. qviam tamen ante Novellam 134. cap. 13. vers. pro furt. & Auth. sed novo C. b. t. ut qvibus 2. textibus membri mutilatio inhibebatur, ad pænam capitalem exasperari possit. arg. l. 9. D d Extord. Crim. non dubito. Hodiè ex constitutione Imperatoris Friderici Barbarossæ in § si quis quinque, de pac. tenend. 2. F. 27. & C. C. C. art. 127. extenditur illa pæna juris Civilis arbitraria ad pænam laquei. Modo furtū (1) excesserit 5. solidos i. e. aureos Ungaricos *Wehner. in obspraff. voc. Gotsgårdé. C. C. C. art. 160.* licet vox solidi in *all. 2. F. 27.* aliter sumatur, sicuti etiam ibidem de speciali casu agitur, fure nimirum, qui est Violator Pacis publicæ, de quo Magnific. *Dn. Redek. in lect. quad. privata ad Inst. b. t. add. C. J. A. b. tit. 16. 22. in fin. vid. in. Tabor. Rac. artic. 157. n. 17. 18. & (2) iterato commissum sit. Steph. ad C. C. C. art. 160. quem sequitur. Hahn. ad Wesenbec.* si tamen tertio iteratum fuerit, indistincte pæna illa locum habet *C. C. C. art. 162.* licet hæc tria furtas, solidos non attigerint, modo distincta sint re & tempore. *arg. d. art. 162.* licet in diversis territoriis patrata imo priora jam antea punita, aut à Principe remissa sint. *Ludw. d. l. l. 8. C. ad l. Jul. de vi publ. l. 28. §. 1. ff. d. pan. Hahn. d. l. vel (3) factum cum effractione, aut armistâ manu C. C. C. art. 159. 160. 164. Tabor. Rac. Crim. ad d. art. 15. n. 3. & 5.* licet prima saltem vice commissum sit, modo circumstantiæ, quas Imperator Carolus V. *art. 157.* desiderat, concurrant *art. 162.* alias enim æquius esset dictare pænam hoc casu mitiorem, quia *b. l.* cessat ratio finalis, quæ consistit in delicti frequentia & iteratione.*

§. 4. Quod autem alioquin pæna illa Laquei delicto illi maximè conveniat, tam à Theologis quàm Jctis sanioribus abundè propugnatum putarim, cum in puniendo non tam res quàm delicti qualitas consideranda sit, an & quatenus Rempublicam lædat, fures etiam

autem non minus humanam societatem violare, quam adulteros & homicidas, sat in apico est. Non enim tantum opus est concordia convictu & casta conjugum conjunctione, sed & distinctione bonorum & dominiorum ad societatem humanam retinendam *Wesemb. in par. ff. d. furt. n. ult.* quam itaque cum violent fures, merito, exemplo homicidarum & adulterorum, extremo afficiuntur supplicio. *Bronckb. miscell. contrap. cent. 2. assert. 57.* Et si crescentibus delictis non etiam crescerent pœnae? *§. fin. ff. d. pœn. quis quæso securus esset?* cum res hominum plerumque in propatulo sint, *vid. Chemnit. p. 2. loc. Theol. in 7. præcept. Phil. Melanch. in loc. comm. Theol. cap. d. mag. Balthasar Meisn. p. 1. Phil. sobr. sect. 2. cap. 4. q. 3. ap. Ludw. l. c. allegatos.*

§. 5. Eckholt quidem contrarium nititur defendere; num v. ejus argumenta tanti ponderis sint, ut aliis in eo palmam præcipuisse dici mereatur, meum non est efferre; Hoc saltem adderem, Proportionem esse non quidem inter rem & pœnam, sed inter pœnam & delictum, quin ipse *Eckholt.* pœnam sacrilegii in *comp. Pand. tract. tit. ad L. Jul. pecul. lb. 7. vicicomburii scil. & incendii lb. 15. tit. ad L. Corn. d. sicar.* approbat, cum tamen eadem ibi pœnam illam diram improbandi, foret ratio, cum in utroque delicto bona solum auferantur, uti in furto. Addit etiam juri Divino illam pœnam maximè esse contrariam, uti quò pœna vel quadrupli vel alia constituta fuerit. At verò putarem equidem legem Mosaicam hodiè nos non obligare, cum ipse etiam summus Legislator *Gen. 17.* eam in generationibus istius temporis observari saltem voluerit, Tum in sacris non semper attendi proportionem. *vid. Jos. 7. c. 25.* ubi Achan ob sacrilegium cum tota familia comburebatur, & Israelita ille, sacra die colligens ligna, lapidabatur, quæ quæso proportio? Tertium fundamentum, quod pro sententia sua stabilienda adducit, ponit in immutabilitate; at nonne implicat contradictionem, esse immutabile, & apud omnes fere gentes obtinere? uti ipse fatetur *all. l. Concesserim* quidem facile, judicè temerè adeò, nisi circumstantiis bene consideratis, ad gravissimam illam pœnam pervenire haud debere, ut inde etiam *Colleg. jurid. Jenense* nunquam dicitur suspensio pœnam, nisi furtum excesserit 20. Joachimicos, sed vel fustigatione, relegatione aut carcere afficiendos fures pronunciarit teste *Struv. j. for. Lib. 3. tit. 23. §. 4.*

quid

quin tamen, iis minimè obstantibus, juris regulis conveniens sit pœna, nullus hæctenus dubito. *vid. Tab. Rac. ad art. C. C. C. 159. n. 6. § 9. seqq. & ad art. 160. n. 18. seqq. add. Eund. ad art. 169. n. 13.*

§. 6. Et obtinet illa (1) Licet etiam fuerint Nobiles, aut studiosi, cum de his ab ordinaria suspendii pœna eximendis nullus expressus sit textus. *Habn. ad Wesenbec. h. num. 15. verb. non etiam in nisi iudex ex æquitate gladii pœnam dicitur. vid. Coibm. Respons. Acad. 50. num. 51. seqq. vid. Tabor. all. art. 160. n. 20. seqq.*

§. 7. (2) Licet receperint saltem fures aut res furtivas l. 48. §. 1. ff. b. l. 3. §. 3. ff. d. inc. nauis. ruin. l. 14. ff. commod. receptans enim videtur furi auxilium præstare in ipso actu, in quo esse intelligitur, quamdiu rem contrectat *Schneid. ad. §. 11. num. 4. & non minus delinquit quam aggressor l. 3. l. 6. §. 2. ff. ad l. jul. pecul. & paria sunt patrare scelus, vel furem resque furtivas dolosè animoque celandi suscipere, l. 14. C. de Furt. Uode natum tritum illud: der Hehler ist so gut als der Stehler l. 1. ff. de recept: quamvis sententia eorum, qui pœnam extraordinariam, iudicis arbitrio definiendam, hoc & eo casu, ubi quis scienter res furtivas emit, locum habere, statuunt, æquior videatur esse, cum major in ipso fure quam receptante sit audacia graviusve delictum *Brunneman in all. l. 14. ad Carpz. prax. crim. p. 2. q. 87. num. 36. seqq.**

§. 8. (3) Licet solum in excubiis steterint tempore commissi furti *Carpz. q. 87. num. 34.* modo tamen de furto participarint tantum, quantum ad laquei pœnam dictandam sufficit, quod idem asseritur de auxiliatoribus, si ad ipsum furandiacum auxilium præstiterint. *Carpzov. p. 2. Pr. Crim. q. 85. & q. 88. num. 36. & seq. Eckold. b. §. 18. in fin.*

§. 9. (4) Licet damnatus ad supplicium à puella in matrimonium petatur, *Treutl. vol. 2. D. 30. th. 3. lit. G. Carpz. Pr. Crim. p. 2. q. 85. 87. & c. 41.* Solius enim est Principis pœnam remittere. l. 27 §. 2. ff. d. pœn. l. 8. C. ad l. jul. d. vi pnb. *Schneid. ad rubr. Inst. b. n. 3. per d. l. 8.* quin si conjux intercessione sua à supplicio capitis conjugem liberare nequit, excepto casu adulterii, in favorem matrimonii, quanto minus puella id sua petitione impetrabit.

§. 10. (5) Licet fur rupto laqueo vivus in terram decidat. *Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 30. th. 3. lit. G.* alias enim sententia, Er sol mit dem

dem Strang oder Ketten vom Lebend zum Tod gebracht werden. *art. 192.* careret suo effectu, quod fieri non debet, *t. t. ff. d. re iud. p. naque* luenda, ut tollatur obligatio ex delicto, *l. 51. §. 2. v. quod si quis ff. ad L. Aquil.* imo potest fractio laquei contingere vel per fraudem, commissam vel ex debilitate funis, aut per incantationem, vel dolo, & collusione Carnificis, ita ut non necessario miraculum arguatur, *Ungew. 13. Ex. q. 5.* nisi singulari fato, ad demonstrandam furis, ob conjecturas saltem & præsumptiones probabiles damnati, innocentiam, delaberetur. *Bach. all. l. Eck. l. c. §. 19. Bechman.* dicit æquius esse ut relegatur *in comm ad ff. h. t.* & ita Resp. Jenens.

§. 11. Contra verò mitigatur pœna (1) si fur, penitentia ductus, rem vel æstimationem ejus restituerit. *Carpz. pr. Crim. p. 2. q. 80. n. 67. Struv. all. l. Clud. tr. d. cond. furt. c. 50. n. 60.* licet peccarit in conscientia sua, *Hahn. ad Wesenbec. in par. ff. h. t.* (2) Si extrema urgente necessitate edulia surripiantur, *c. 3. X. d. furt. C. c. 26. §. 27. d. consecrat. Distinct. 5. Sibi Gloss. Gail. 1. obs. 142. in fine.* Secus in rebus potabilibus, uti vino, cerevisia, quia *C. C. C. art. 166. §. 1. c. 3. X. d. furt.* loquuntur solum de Esculentis, tum quia sitis necessitatem, sine furto vini, aut cerevisiæ alienæ, quis effugere potest solius aquæ potu. *Harpr. d. l. n. 21.* Non quod tempore necessitatis omnia sint communia, *arg. l. 2. §. 2. ff. ad L. Rhod. d. jact.* cum ea lex potius ostendat, ditiorum copiam tempore necessitatis debere aliorum succurrere inopiæ, quam ut indigentibus facultatem tribuat res clam subtrahendi, sed quod ignoscendum sit ei qui se vitamque suam quovis modo conservet. *arg. l. 1. in fin. ff. d. bon. eor. qui ante sent. Ludw. all. l. eb. 2. Lit. C.* modò subsidia ordinaria penitus deficient, ita ut vel laborando vel mendicando, quantum ad vitam sustentandam sufficit, corradî nequeat, sed vel omninò moriendum sit vel furandum, quo tamen casu surripiens ad pinguiorem perveniens fortunam, damnum refarcire, *C. C. C. art. 166.* aut si ne hoc quidem possit, in speciem Eleemosinæ ipsi culpa, si quæ est, condonari debet, *Ludw. all. l. & post eum Strauch. Dissert. Justin h. t.* Unde tamen minimè colligitur, non esse furtum verè tale, quia adest animus furandi, & ratio lucri, tum furtum naturâ est turpe *§. 1. Inst. h. quæ autem naturâ turpia sunt, & tempore necessitatis talia permanent vid. Ant. Matth. de Crim. tit. de furt. c. 1. n. 7.* uti ex mitiori

C

adul-

adulterii, in sponsam commissi, pœna non colligitur diversitas abs eo, quod committitur in uxorem, *vid. Eckb. all. l. §. 10. confer præprimis Tabor. Racim. Crim. 3. th. 36. seqq.* (3) si ex alienis rivis aut aquis pisces quis capiat, C. C. C. art. 169. *Dn. Brockd. all. l. Carpz. p. 2. pr. Crim. q. 84.* (4) Si administrator pecunia usus fuerit; *arg. l. 55. d. adm. tut. Molind. l. Disp. 657. n. 13.* in dubio enim, non intervertendi animo id fecisse, humaniter præsumi potest. *Bach. ad Tr. v 2. Disp. 30. thes. 1. lit. F. Zier. ad C. C. C. art. 170. Carpz. p. 2. pr. Crimin. q. 85. Struv. Jur. Frorenf. lib. 3. tit. 23. §. 5.* (5) Si impubes furtum commiserit, §. 18. *Inst. b. t. l. 14. ff. ad SCt. Silan. l. 11. d. R. l. 7. C. d. par. l. 108. d. R. l. Unde Imperat. Carol. V. irrogationem pœnæ hoc casu arbitrio judicis committit, qui gravius vel mitius, prout causæ & circumstantiæ postulant, impuberem punire poterit. CCC. art. 164. Struv. jurispr. For. lib. 4. tit. 3. §. 5. cum judex non tam ætatem quam malitiam æstimare debeat.*

§. 12. (7) Si sit foemina: his enim dicitur pœna suffocationis in undis, aut etiam, si circumstantiæ mitiorem tuadeant, oculorum effossio, vel manus amputatio, vel alia arbitraria pœna; C. C. C. art. 159. *§. 162.* quamvis moribus & Statutis quorundam locorū ne mulieres quidem à pœna suspendii immunes sint, docente *Carpz. pr. Crim. p. 2. q. 82. n. 72.* manus verò amputationi & oculorum effossioni rationem l. 17. C. d. pen. *§. Nov. 134. cap. ult. cum auth. sed Novo jure C. de Furt.* ob stare, nonnulli existimant, quibus solide respondet *Tabor in Analys. Expos. artic. 159. th. 27. seqq.*

§. 13. (8) Mitigatur etiam, si furtum inter parentes & liberos commissum, *vid. Carpz. pr. Crim. p. 2. q. 82. n. 42.* quibus non annuera vitricum & Novercam, ut qui furti actione tenentur. l. 3. §. 1. C. h. Tab. Rac. 2. th. 27.

§. 14. (9) Vel inter conjuges, l. 2. ff. d. A. R. A. CCC. 165. & ob consanguinitatem inter furem & rei furtivæ dominum intercedentem, *Carpz. p. 2. C. 38. D. 45. Struv. J. F. 3. 23. 5.*

§. 15. (10) In eumentibus res furtivas, *Carpz. p. 2. pr. Crim. q. 49 n. 45. Struv. all. l. Vindicans tamen pretium refundere non tenetur, l. 2. C. d. furt. l. 23. C. d. R. V. arg. l. 3. C. eod. CCC. art. 213. 214. Carpz. all. l. q. 87 n. 69. Tabor. Racemat. Crim. 2. th. 50. nisi emptor impenderit sumptus, tunc enim hi refundendi, non pretium. C C C.*

art. 213. aut tempore belli emerit, d. l. 214. aut de eo protestatus sit, se Domino supervenienti restitutum, quia tunc potius absentis negotium gessit, l. 39. ff. de negot. gest. Eck. d. l. §. 14.

§. 16. (11) In spoliatis cadavera punitorum, aut sepulcorum Carpz. p. 4. c. 34. Seruo. alleg. loc. in fin.

SOLI DEO GLORIA.




Furantur multi: furtō multi sibi nomen
Acquirunt, restis quod vel & hora demit.

Hic neutrum meruo. Verum quod sentio, dicam,
Furti materies quod *Tibi* laudiserit.

*Benivolentiam Pereximio ac Præstantissimo
Dno. VOSSIO Amico meo honoratis. con-
saturus cum voto omnigenæ pro-
speritatis scribebam*

M. Johan. Georg. Bindrim.



Vltas Tagacis moresq; subinde nefandos
Monstrabis VOSSI! Gratulor ex animo,
Maeste isthoc studio, sectari hæc prælia perge,
Afferet ipsa Themis præmia justa *Tibi*.

Hæc paucula L. Mq; apponebat non tam
moris quàm amoris ergò

A. Wolff/ Rost.

Dum

Suspendant fures! Jus hoc perduret in ævum
Ut furum laqueis impia colla ligent.
Hoc cum coneris defendere, gratulor ausis,
Atq; tuis studiis prospera quæq; precor.

*Hæc pauca gratulabundus Doblifs. Dno. Re-
spondenti iter atq; fudit calamo*

Christoph. Redeker.





Dum tu de Furtis respondes, dulcis Amice,
Carminè te vellem condecorare quidem,
Ast ego Castaliâ non sum madefactus ab undâ;
Propterea votum carminis instar habe!
Adsit Jôva tibi, Themis & tua cæpta secundet,
Conatusq; tuos approbet omnis homo.

*Pauca hæc Præstantissimo Dn. Respondenti,
gratulanti calamo apponere voluit*

Gerh. Henr. Hopmann,
Osnab. Westph.







Et usuc. Dn. Brocchdorff / l. c. §. 34. ut si qu
tuam putabat, tanquam heres apprehend
vivis est l. 83. ff. de furt. Veli si alinum alie
mo furandi, sed tñs jvñs duntaxat l. gen
partus gratia admiseris l. 52. §. 20. ff. d. t. d
furt. nam ibi Pomponii sententia ab init
verò in versiculo verum tamen, rejicitur.

§. 2. Addit etiam Brocch. d. all. l. 1
Ratio illa mediata l. immediate fiat, per l.
l. 15. §. 2. ff. b. Immediate contredatur r
intervertendò, vel usum aut possessionem
piendo, §. 6. Institut. d. t. l. 3. §. 18. d. A
(1) si quis subyeniat alteri consilio &
ferre queat l. 53. in fin. d. V. S. l. 30. §. 3. l. 52.
diante servò, vel aliò, furetur, sive initio iust
tam susceperit, l. 14. C. h. add. l. 52. §. 3. b. c
num. 3. Et seqq. conf. Tabor. d. Rac. 2. th. 48.

§. 3. II. Forma furti consistit in e
rentiam rapinae, quae aperte, per vim & a
d. vi bon. rapt. Eik. d. l. §. 8.


CAP. V.

DE FINE

§. 1. Finis furti est spes lucri, cu
furtum minime committatur, §. 1. Inst. de
§. 2. ff. b. t. hincque principalis inter furt
monstratur differentia, causa enim furandi
l. 39. ff. b. propositum enim & voluntas mal
guunt, l. 53. ff. d. furt. Si quis proinde al
furtò maxime erit alienus. Sic turriprens a
dionis causa ut in l. 39 ff. b. t. non patrat furt
maturus decerpens, sed tenetur ex L. Aquil
ta, veritatis occultandae causa, auferens, sed
falsi l. 16. in fin. ff. ad L. Corn. d. falsi Ca
aliquid alteri surripit, ut alteri donet, vel

B 2

the scale towards document



quem mor
en / adhuc in
uas non ani
cipiendique
§. pen. ff. d.
ostmodum.

sive contre
vel A. poss.
em ipsam
tea, sibi ca
mediate verò
rem auf
quis (2) me
a rem abla
r. Civ. b. t.
er tot.

ad diffe
ar tit. Inst.

m appetitu
el. nasc. l. r.
delicta de
spicitur
ntis distia
abripit, à
ricem libi
ructus im
nstrumen
a Crimen
a in finem
ibus è lar
giatur